

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Andreae Alciati Emblemata**

**Alciati, Andrea**

**Patavii, 1661**

Infani gladius. Emblema CLXXVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

## Infani gladius.

## EMBLEMA CLXXVI.



**S**ETIGERI medijs stabat gregis ensifer Aiax,  
 Cade sum credens cadere Tantalidas.  
 Hostia sic tamquam sus succedanea pœnas  
 Pro Laertiade, pro caueaq; dabat.  
 Nescit obeſſe ſuis furor hoſtibus: errat ab icu,  
 Conſilijq; im-poſ in ſua damna ruit.

## COMMENTARI.

- I. **A**IAX furibundus & armatus ſtricto gladio in gregem porcorum irruit, quorum alij interfecti paſſim proſtrati iacent, alij pedibus ſalutem quaerunt.
- II. *Aiacis infania.* **A**IAX grauciter tuſiſſe fertur. Vlyſſem ſibi iniquo Graecorum iudicio prelatum in ſucceſſione armorum Achillis, adeo vt præ dolore in infaniam verſus ſit. Itaq; diſtincto gladio in gregem porcorum inſiluit, exiſtimans ſeſe Graecorum copias cadere. Tum duos quosdã maximos ſues è trabe ſuſpenſos flagris cecidit, arbitrans hos eſſe Agamemnonem atque Vlyſſem: Quorum alteri vt iudici, alteri vt victori poſſimum erat iratus. His igitur ſuibus ita ſuſpenſis plurimo cum riſu inſultauit, addens conuicia, quæcunq; ſuggerebat ſplendida bilis. Poſtquam autem reſpiciſſet

set partim pudore, partim metu sibi mortem conficiuit. Hæc ferè ex proverbio *Aiacis visus*. Est hæc de re pulcherrima Sophoclis Tragedia, que inscribitur *Æias μάστιγος*. Meminit etiam Pindarus Nem. 3, Horatius 2. Serm. Sat. 3.

--- Cur *Aiax* heros ab *Achille* secundus

*Putrescit, toties seruatis clarus Atridis?*  
*Gaudeat ut populus Priami, Priamusq; in-*  
*humato,*

*Per quem tot iuuenos patrio caruere se-*  
*pulchro?*

*Mille omnium infans morti dedit, inclutum*  
*Vlysem,*

*Et Menelaum vnâ mecum se occidere cla-*  
*mans.*

Et pauò post:

--- *Infans quid etiam Aiax*

*Fecit, cû stravit ferro pecus abstinnit vim*  
*Vxore & gnato, mala multa precatus A-*  
*tridis.*

*Non ille aut Teucrum, aut ipsum violauit*  
*Vlysem.*

Et deinceps:

*Aiax immeritos dii occidit, despicit, agnos.*  
Historia de Aiaxe pete ex Ouidio, lib. 13.  
Metamorph. ad quam alludit Plautus in  
Captiuis. cum quendam insanum vellet  
vocare, dicens:

*Armenta absunt; Aiacem, hunc cum vi-*  
*des, ipsum vides.*

III.

*SETIGER* [gregis] in medium gregem  
porcorum insiliit. Sophocles, Horatius lo-  
co citato, & alii, arietes, nõ sues dicunt ver-  
berare Aiacem.

*Enifer Aiax* bellator. Supra Emblem.  
168, vocat *sentiferum Aiacem*, hic *enife-*  
*rum*, ab effectu mortis vltionæ, quæ con-  
secuta est.

*Cade suum.*] Porcorum internecone.  
*Grati Tã* *Tantalidas.*] Græcos, qui à Tantalò  
*valida.* Tantalidæ dicti sunt: eorum enim pleriq;  
à Tantalò Iouis ex Plota Nympha filio tra-  
xerunt originem. Iupiter Tantalum ge-  
nuit: Tantalus filium Pelopem habuit: Pe-  
lops pater Atrei: Atreus Agamemnonis.  
Itaq; Iupiter fuit Agamemnonis abauus.  
Id epitheton vsurpat opportunè Ouidius  
oratione Aiacis, qua heros ille Vlyssis or-  
tum genus à Tantalò, tanquam probum  
obicit.

*Hostia sic tanquam sus succedanea, &c.]*  
Sues erant tanquam victimæ, quæ penas

luebant pro Græcis iudicibus & Vlyse. *Succeda-*  
*Succedanea* autè hostia olim dicebatur, non ho-  
quæ secundo loco fiebat. Si enim primis *sua*,  
hostijs litatum non fuisse putassent sacri-  
fici, aliæ hostiæ post primas eductæ cede-  
bantur dux, quæ prioribus iam cæsis luen-  
di piaculi causa subdebantur. Gell lib. 4.  
c. 6. succidanea, non succedanea esse di-  
cendum ait, ob vocabuli compositionem.

*Pro Laertiade*] pro Vlyse, Laertiis filio.

*Pro cauea*] *Cauea*, polysemum est.  
Hic Iudicium confessum intellige. Est au-  
tem Metonymia, pro iudice Agamemno-  
ne. *Cauea* aliàs propriè significat locum *Cauea*  
sub terra vacuum & obscurum; & quia in  
huiusmodi locis esse cõlueuerit ferarum  
cubilia, caueam etiam pro ferarum recepta-  
culo vsurpamus. Item pro septo illo, in  
quo auiculas tenemus. Significat præterea  
cauea aream in medio theatri, è qua po-  
pulus ludos spectare solebat. Plautus Am-  
phitr.

*Conquistores singula in subsellia*

*Eant per totam caueam.*

Virgilius 5. Æneid.

*Hic totum cauea confessum ingentis, & ora*  
*Prima patrum magnis Salus clamoribus*  
*implet.*

Vbi Seruius: Per caueam plebem significat:  
nam cauea confessus est populi. Cicero in  
Lælio: Qui clamores tota cauea nuper in  
hospitiis & amici mei Pacuij fuerunt no-  
ua fabula &c.

*Nescis obesse suis*] γνάμν. Iracundus & *Furius*  
mente captus nõ ijs, quos odio prosecui-  
tur, sed sibi nocet: non, inquam, eos, quos  
maximè vellet afficit inuria, sed ipsum  
lædit, & interdum enecat. Furiosus nulla vo-  
luntas. l. furiosus, ff. de re iudic. cum enim  
ille absentis habeatur loco, l. furiosus, de  
reg. iur. si fortè quem impetierit aut oc-  
ciderit, abibit impune; satis enim furore  
ipso punitur furiosus. l. Diuus, ff. de offic.  
pretid. l. infans, ad l. Cornel. de sicar. l. pen.  
in fin. ad l. Pomp. de parricid. Quare si  
Principi maledixerit, pena non subijci-  
tur. Et id quidem non omnino præterit, ne  
quis fortassis puer nos abuti otio. Vi-  
dentur enim partim sanæ mentis esse, qui  
cum furiosis, aut mente captis, si nocue-  
rint, summo iure agendum putent. Excus-  
sat enim mentis deliquium, vt quod sit à  
dormitante, vel pacto sepeenni, vel quin-  
quenni, in quæ cum dolus nõ cadere pos-  
se

se videatur, nec pena etiam cadere debet.

Furor qd.

Furor] Furor, mentis cecitas dicitur à M. Tullio 4. Tuscul. ea est *μωρία* Græcis. In paradoxo contra Clodium, exagitatatur is animi morbus, quo docet omnes stultos furere, id est, cæco mentis impetu in omni scelere versari; que perturbatio sepe à nimia ira proficiscitur. Cornelius Celsus de re medica lib. 3. cap. 18. inter insanix genera illud longè maximū ponit, & longissimum, quod vitam ipsam non impediatur, idq; robusti corporis esse consuevit. Huius species duænam quidam imaginibus, non mente falluntur, qualem insanientem Ajaxem vel Orestem fabula ferunt. quidam animo desipiunt, &c. De mania & insanie generibus præter Medicos vide Phædonē Platonis, & *δ' ποικυ. α.* Xenophontis.

Locus ex Cornelio Celso.

*Errat ab ictu*] icendo peccat, error ictu committitur, non aduertit quem feriat.

*Consilij que impas*] qui desinitur sano consilio.

*In sua dama ruit*] sibi ipsi malum accessit, se seq; impetit. Seneca Hercule furente:

--- in se semper armatus furor.

Ibidem:

--- quodque habet proprium furor

*In se ipse sanit.*

IV. Insania pœna in eū lapsa, unde manavit.

HOC Emblemata arguitur temerarius furētum hominum impetus, qui non aduersat is, sed sibi maximè nocent, quod ira præcipiti omnia committant, omnemque viam rationi præcludant: unde fit, vt, quod ait Horatius,

*Vis consilij expers mole ruat sua.*

Is enim furētis animi affectus sic hominis animum è sua sede dimouet & exturbat, vt non secus atque Circe altera hominem in belluam ferocissimam transformet: quo fit, qui talem hospitem excipiat, non aliter faciat, ac qui sele vna cum ipsis ædibus incendio perdat: eoq; deterior est, quod ita tumultu, caligine, fumoq; cuncta intus errore mentis compleat, vt nec tenere integrum sit, nec eos audire, qui volum opulari. Ad quidem ob oculos posuit Homerus Iliad. β. & Odyll. α. sub persona Achillis, cuius iram facit implacabilem: & Aiæcis, de quo hic sermo. Inter morales Philosophos, qui affectiones animæ descripserunt, sunt Seneca & Plutarchus, qui vtriq; videatur de industria re-

creasse & relaxasse animū in describenda & ad viuum efformāda ira, vt ex eius genumis lineamētis hanc tam portentosam belluam omnes detestentur. Hanc igitur nobis representant tanquam alteram Me-garam, furiosissimam, truculentissimam, audacissimam, crudelissimam, & summè omnibus terribilem, radices in se & scaturigines seditionum omnium, turbarum ac tumultuum continentem; litium, bellorum, homicidiorum, excidiorum, euersionum, ac omnium malorū abyssum, tempestatem, diluuium, ignem, machinā, tonitru ac pestem, inundantem, submergentem, vrentem, diruentem, fulminantem, inficientē, occidentem, ac omnia euertentē: homines, quos inuasit, ad omne sceleris genus præcipites agentem, è qua innumerata mala, stupendaque tum in corpore, tum in spiritu contrahuntur. Exemplis agamus. Nerua Imperator valetudinarius ac ventriculi tanta debilitate laborans, vt crebrò assumptum cibum euomeret, cum semel in quendam nomine Regulum ex-candesceret, tantum pectoris dolorem sustinuit, vt cōfestim febre ex tiali deplorataq; correptus sit. Idem Valentiniano Imperatori contigit, qui cum aduersus Sar-matas nonnumquam propter Illyricæ va-stationem in prætorio lætus infremere, & vniuersæ genti excidiū rigidus minaretur, sanguine irruumpente animam exhalauit. Simile quid de Venceslao Boemia rege refert Cromerus lib. 18. qui ira in pocillatorem suum percitus, cum interficere eum proprijs manibus veller, paralyti affectus cecidit, & paucis post diebus vita excessit. Quod vtriq; summè mirandū est, ab vna scilicet biliosa commotione, cuius natura feruentissima est, paraly-sim posse generari, cuius efficientem ac materialem causam ad frigidam pituitam Medicorum vulgus reuocat, que quidem causa naturæ bilis est proliis contraria. Plura huiusmodi exēpla habes apud Celsiū Rhodigim. l. b. 17. in principio in Officina Textoris lib. 2. cap. 60. Audiamus ipsum Senecam lib. 2. De ira, cap. 36. Videndum illud, quā multis ira per se nocuerit. Alij nimio fetuore rupere venas & sanguinem: supra vires elatus clamor egressit, & luminum suffudit aciem: in oculos vehementius humor egestus, & in morbos agrī recidere; nulla celerior ad insaniam

Ira effe-ctus.

Nerua Imperator.

Valenti-nianus Imperator.

Vences-laus Boemia Rex.

Locus Seneca.

via

